VIXIT

Religiosus F: Novitius noster Sigismundus Wallner in mundo annos in S: Religione dies spe nostra pauciores. Sed quo vita eius brevior, eo fama illustrior, quod vitae Synopsis abunde comprobabit. Salispoli Pernobilibus Parentibus vitam et educationem optimam. Almae vero Universitati Literarum Scientiam in aucupatis retulit. Post absolutam insigni Laude Philosophiam Theses publicas sub Clementissimis auspiciis et in praesentia Illustrissimi et Reverendissimi Archi-Episcopi et S: R: I: Principis Salisburgensis Comiti totius Amplissimi auditorii applausu integro die strenuissime defendit. Ob eximias deir animi dotes unanimi Calculo a nobis Susceptus et 22. hujus Mensis S: habitu nostro indutus ardente febre et mox subsequente Gangrena Correptus biduo post Scilicet 24ta omnibus Morientium Sacramentis praemunitus in Corona Comprecantium Confratrum innocentem Spiritum exhalavit, nobisque tantum sui desiderium reliquit. Quanto prius ipse ad amplectendum S: ordinem nostrum rarissimo sane exemplo efferbuit. Quam devotus Marophilus extiterit, exinde nobis conjicere Licuit, quia Mariam etiam ex morbo delirus saepius Salutavit. Nihil proin mirum, quod Gratiam per Mariam nactus sit, ut die Sabbati post pulsum Angelicum vespertinum aeternum requieturus, et Deiparam in Coelo coram Salutaturus exspiraret. Vixit eheu

In Religione II diebus in mundo XVII annis,
Et mortuus eſt.
Rotulares breviter expedimus,
Quia defunctus noſter fors alibi
Jam ingemiſcit:
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.
Multum incola fuit
Anima mea
Ingemiſcentem unice recommendamus
Ad Officium Defunctorum.

Ad-

Admittite
Colendiſſimi DD. Confœderati,
Ut
Suggeramus vobis aliquid
Defuncti nomine, Pauli verbis:
Obſecro ergò Vos Fratres, per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, & per Charitatem S. Spiritus, ut adjuvetis me in Orationibus veſtris pro me ad Deum. Rom. 15.

Valete

Dabamus è Monaſterio Garſtenſi Ord. Sancti Benedicti, ipſiſſimâ mortis 24to Septembris 1763.

Colendiſſimis DD. Confœderatis

Paulus Abbas m. p.ria

Addictiſſimi

P. Maurus gordon m. p.ria
p. t. Prior cum Conventu.